

dessen bei Dachery fehlende Vorrede erst Denis (p. 1050) zum ersten Male hat abdrucken lassen, so sehen wir daraus, dass theologische Werke verschiedener Verfasser hier in einer Sammlung vereinigt werden. Wenn daher neben einem Commentare Haimo's von Halberstadt auch mehrere vermeintliche (ungedruckte) Aufsätze Hrabans¹ unserem Schriftchen vorgehen, so gestattet dies nur in so weit einen Schluss auf den Verfasser, als wir geneigt sein werden, denselben in die karolingische Zeit zu setzen.

Hiernach scheint mir nun durchaus nichts im Wege zu stehen, in dieser 'Quaestio de adoranda cruce', wie sie überschrieben wird, die Arbeit Einhards zu suchen, denn der Titel stimmt und nicht minder die Widmung an einen Lupus, der jedoch noch nicht als Abt bezeichnet wird. In dem Inhalte

1) Ich gebe hier nach eigener Abschrift noch den Anfang eines derselben, der auf f. 94' beginnt: 'Domino sanctissimo et nimium desiderantissimo apostolico honore dignissimo episcopo ille humilis devotas orationes et fidelissimum atque aeternum servitium. Epistola beatitudinis vestrae maximum et gaudium indidit et metum incussit. Gavisus enim sum, quod meam exiguitatem iocundissima salutatione dignam habuistis, extimui vero, quod rem tantam tantorum eruditissimorum doctorum eloquio absolutam a me indignissimo requirere voluisti, quasi non eadem apud vos, quae et apud nos quoque repperiantur expositionum volumina aut a nobis elucubratus aliquid vel possit dici vel debeat, cum profecto id nobis magnum sit atque sufficiens, si eorum vestigia nobis contigerit posse sectari. Unum certe scio idque animo persuasi meo, vos adhuc interrogasse, ut doceretis; requisisse, ut veri callis tramitem ignaro previus ipse monstraretis. Quod enim remota subdolae adolationis suspicione liceat dicere, non necesse habetis, ut aliquis vos doceat, quia mistica sancti spiritus eruditio sacro pontificalis unguinis crismate coaptans vos de omnibus caelestis benedictionis plenitudine consecratum edocuit et quadam mirabili metamorphosi in virum alterum, immo in apostolicam ierarchiam transfusum in domini potentias sapientiae videlicet scientiaeque thesauros introduxit atque ipsius divinitatis conscium reddidit. Aperi igitur, pater sanctissime, aperi os meum (Psalm. 80, 11) et precisas fauces atque aridum longae sitis calore palatum divini fontis haustibus irrigato. O si daretur mihi, ut vobiscum essem, praesens presentem cernerem, ad pedes sederem, fruerer aspectibus, oblectarer eloquiis, vicibus liceret 'audire notas et reddere voces' (Aen. VI, 689). Interim obsecro, spectabilis et deo amabilis pater, ut famuli vestri memoriam habere dignemini, quia ego semper vestri memor optime ero, dum memor mihi ipse fuero. Placuit interim vobis rogare, quid sentirem super altercatione Michaelis archangeli cum diabolo de Moyse corpore, quod in epistola Iudae apostoli legitur' . . . Der Schluss auf f. 98'—99 lautet: 'Haec de his quae placuit vobis requirere secutus ('tos' Hs.) doctores scribere presumpsi malens periclitari meam ignorantiam quam debitam vobis oboedientiam, certus quod libenter meam sufferetis insipientiam. Quae si vobis placent, gaudeo et veritati gratias ago, quam vos in talibus diligere non ignoro. Si vero in aliquo displicent, obsecro, ut corrigendo instruatis inscium, non spernendo absterreatis devotum'.